



Qvadragesimale Ambrosianvm Dvplex, In Dvos Tomos Divisum

In Hoc Opere Per Singvlos Qvadragesimæ dies habetur bina Concio cum Morali, iuxta Euangelia, quæ in Ecclesia Mediolanensi leguntur. Cvm Indicibvs, Sacræ Scriptvræ, Et Rervm notabilium, cum Summa Concionum & Thematum Euangeliorum. Accomodantvr Hæe Conciones Ad Vsvm Romanum pro Quadragesima & ...

Tomvs Primvs, Continens Conciones A Dominica Prima, Qvæ Dicitvr In Capite, vsque ad quartam exclusiuè, quæ dicitur de Caeco

Bellintani, Mattia

Coloniae Agrippinae, 1626

Ad Lectorem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55873](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55873)

A D
LECTOREM.

N tibi carissime Lector opus unum P. MATTHIÆ BEL-
LINTANI, qui fructu non vacuum prædicatoriam digni-
tatem annis quinquaginta (res in auditu forsitan) in præci-
pua Italia, Gallia, & Germania suggestibus exercuit lauda-
biliter admodum, atque seraphice. Testis adest eorum memoria adhuc vi-
gens & felix, qui verbum Dei illum declamantem audiere. En ad te
venit in aura tenui, quam si attente, profundè, inspexeris, Dominum in
ipsa adesse facile admodum dignosces. Sapientiale opus offert tibi, qui sa-
pientiam profiteris, qui sapientum fautor, Asylum existis scientiarum di-
vinarum. Opus docens, opus monens, opus tanta sinceritate dictionis, ut
(amota affectatione, violenta, coactaque Scripturarum interpretatione)
tamquam è riuulo, limpidissimo sensu, tota fluat ratio, adeo, ut sic cum eo
iuniores quosdam contuleris, Pygmeum Atlanti comparasse videaris.
Non ad Lesbiam Regulam, sed sinceritate Catholica locutionem ad sa-
cræ Scripturam, velut lydium lapidem coaptat, & veritatem explorat
conceptionum suarum. Interpretem ne dicam sacra Pagina an penu? te
Iudicem compello Non ethnica, non affectata, sed moderata & christiana
splendet eloquentia, at non moderata pietate, sed præstanti magis, atque
conspicua, efficacitateque non vulgari donatus. Scripturarum loca sic e-
nucleata inuenies, ut durum nihil, in ortum ve reperias, quin magis san-
ctitas in verbis, integritas in sensu, emunctum iudicium, exacta doctri-
na, ponderata omnia ubique emicent, ut si sincere cum peritioribus sa-
crarum Paginarum Interpretibus conferas, non immerito cum ipsis equa-
lance dicas quod certare valeat. Opus tamen adhuc sub incude erat,
quando ex humanis ad caelestia euocatus est Auctor, non potuit ergo nec
Concionem de Domini Pastore extendere, nec usque calamo currente di-
stauerat, ultimam adhibere manum: ab Auctoris fratre adhuc nobis
* * * * *
pieta-

pietate Diuina superflite, cuius opera ac studio hoc Opus lucem videt, omnis adhibita est diligentia, ut quadam obscura clarescerent in transcriptione occursa, quod & pro maiori parte praestitum est. His ergo fructe benigne Lector, dum alia eiusdem Patris, non minoris nota tibi parantur. Subreperere errores aliqui, parui tamen momenti, quorum notulam in fine cuiusque Tomi appensam inuenies: reliqua discretus, & sapiens indices Lector, meque tuis precibus commendatum habeas velim, pauperem, & miserum.



ADMO.